

## Band VIII., Nr. 2696, Seite 41

*Abt Rumo und der Konvent von St. Gallen genehmigen den Tausch ihres halben Lehenhofs zu Ennahofen gegen den halben Konstanzer Lehenhof zu Sammelthshofen.*

St. Gallen, 1277. Juli 1.

Rūmo dei gratia abbas monasterii Sancti Galli totusque conventus ibidem honorandis in Christo magistro H[ainrico] officiali vicem gerenti venerabilis patris et domini Constantiensis ecclesie episcopi, H[ainrico] preposito, Wal[coni] decano totique capitulo eiusdem ecclesie paratam ad quevis beneplacita voluntatem. Ad vestram notitiam tenore presentium volumus pervenire, quod cum Hainricus de Sanwelzhoven dilecto in Christo Hainrico dicto Zwich prebendario altaris sancti Petri in ecclesia vestra medietatem curie in Ennchoven<sup>1</sup>, quam a monasterio nostro tenebat in feodum, pro certa summa pecunie vendiderit, nos, ut eadem venditio rite procedat, de unanimi consensu nostro concedimus et permittimus, ut idem H(ainricus) de Sanwelzhoven medietatem curie in Ennehoven ecclesie vestre prebendario memorato vendite, quam ab ecclesia nostra tenebat in feodum, in recompensationem medietatis curie sue, quam ab ecclesia vestra tenebat in feodurp, Sanwelzhoven videlicet, que vulgo dicitur Magerhof, conferat et assignet. Nosque proprietatem eiusdem medietatis vobis et ecclesie conferimus et donamus, cum et vos proprietatem medietatis supradicte curi[e] Sanwelzhoven monasterio nostro contuleritis, sicut instrumento super hoc confecto<sup>2</sup> plenius continetur. In cuius rei testimonium et robur debite firmitatis presentes litteras conscribi fecimus ac sigillorum nostri nostrique conventus robore communiri. <br> <br> Datum apud Sanctum Gallum, anno domini MCCLXXVII., kalendas Julii, indictione V.

---

Der Textabdruck folgt der Abschrift im Karlsruher Codex Salemitanus aus dem 13. Jahrhundert, Bd. 2, 217.

<sup>1</sup>Gemeint ist wohl laut GUSTAV BOSSERT: Topographisches. In: Württembergische Vierteljahrshäfte für Landesgeschichte N.F. 13 (1904), S. 338-340, S. 339 Engkofen, Überlingen, FN, W; Ennahofen sei zu entlegen.

<sup>2</sup>Wie es scheint, nicht erhalten.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

GLA Karlsruhe

**Signatur/Titel des Originals:**

67/1163 S. 217 Nr. 179

**Editionen:**

HERMANN WARTMANN (BEARB.): Urkundenbuch der Abtei Sankt Gallen, 4 Bde., Zürich und St. Gallen 1863-1899 [unveränd. ND Frankfurt am Main 1981], Bd. 4, S. 1018, Anhang 129. Chartularium Sangallense, Bd. 4, S. 159, Nr. 1990.

**Regesten:**

FRIEDRICH VON WEECH (HRSG.): Codex diplomaticus Salemitanus. Urkundenbuch der Cisterzienserabtei Salem, 3 Bde., Karlsruhe 1883-95, Bd. 2, S. 181, Nr. 568. Regesten Bischöfe Konstanz, Bd. 1, Nr. 2440.

## Weitere Angaben

**Überlieferungsart:**

Abschrift

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

St. Gallen

**Ortsindex:**

Ennahofen Wohnplatz (16668)<br> Ennahofen, Allmendingen, UL<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Sammletshofen Wohnplatz (18087)<br> Sammletshofen, Meckenbeuren, FN<br> St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz<br> Überlingen FN<br> Überlingen Gemeinde (18391)